


ipsis ideo salutis mediâ exvivere, i. Tim. II, 4. Es. LXXV, 2. omnibus quoque & singulis, (nullo excepto) voluntatem suam antecedentem (prout modus vocationis directæ, indirectæque requirit) patefacere, ac verbo ad hominum corda operari, quod interna eaque divina virtute præditum est, Job. VI, 63. & gratiam primam iisdem ultro offerre, atque, si non resistunt, successive vereque conferre, Ap. III, 20. Relinquitur ergo, quod concionator verbum prædicando, omnibus hanc gratiam contestari debeat: Deum serio velle, ut omnes credant & salventur, eo nimirum ordine, quem præscripsit. Hæc orthodoxia, cum voluntatem DEI finemque Evangelii referat, accurate tenenda, & nunquam deserenda est. Recte igitur facis, Collega æstumatissime, quod hoc tempore, quo intermissio elenchi omnibus prope erroribus, etiam atrocissimis, januam aperit, de novo in aciem prodire sustineas, et veritatem evangelicam a corruptelis Calvinianis vindicare incipias. **DEVS TE** adjuvet, faxitque, ut valeas in **CHRISTO** & res **TVAS** porro ex animi sententia peragas!



Coll. Miss. A. 138, 32